



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

6. Eiecti, & fugitiui tenentur redire.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

indutus accingat se ad iter omnia
tentet ut egredi septa Monasterii
possit, & de facto non egreditur, vel
quia pænitudine ductus voluntate
mutauit, vel à vigiliis impedi-
tus aut quocunque tandem modo
passus fuerit remorā aut vim, sim-
pliciter non est apostata nec cri-
men reseruatum commisit. Suar. t.
q. de Virtute et statu Religionis l. 2. c.
18. n. 4. quod non consummarit
actum sub reseruatione à Clemen-
te 8. prohibitum, id est egressio-
nem extra sepra Monasterii sine
qua vel non fuit perfecta iniuria
Religioni illata, ita ut non verge-
ret in eiusdem infamiam vel certe
ante huiusmodi egressionem non
fuit consummata apostasia, licet
grauius peccarit.

VI. Collige 1. Eiectos & præci-
puè fugitiuos teneri ad redditum
maxime si à suis superioribus
requirantur, iuxta, Cap. vls. n.
Religiosi.

Religiosi, de Regularibus & trans-
seuntibus ad Religionem: in quo
præcipitur Abbatibus secundum
Conc: Lateranense sub Innocentio 3.
c. 2. fugitiuos & electos de ordine
annuatim sollicitè (nisi aliam
Religionem electus acceptarit)
requirere, & reuerti contem-
nentes excommunicatione feri-
re, & uti excommunicatos à Præ-
latis Ecclesiarum denuntiari, cu-
rare 2. Posse Religiosum ob gra-
ues causas à Religione expelli,
iuxta Regulam s. P. N. Augustini
& s. Benedicti c. 28. &c. Resecan-
dæ 24. q. 3. & dist. 3. c. 12. de
grauissima culpa statutorum no-
strorum: cuius ratio est, quod
satius sit perire unum, quam
vnitatem, & per quam mole-
stum foret Cœnobiiis huiusmodi
incorrigibiles perpetuò carceri
mancicatos alere, quandoque
eriam insecurum propter im-
por-

portunatatem verbi gratia ami-
corum &c.

VII. Collige 3. Novitium
in solemnis votorum nuncupa-
tione de impedimentis occultis
legitimè interrogatum, si quod
graue malitiosè subticuit, aut do-
loſe, posse à Religione expelli
ob irritam Professionem. Do-
lus enim cum nemini facere de-
beat, & Novitus dolosè ad Pro-
fessionem suscipiatur, eum Cæ-
nobium utputa deceptum reti-
nere non constringitur. *Vide stat.*
dist. I. c. 15. de Novitiis 4. Inter-
dictum esse Prælatis Religionum
aliisque Regularibus, recipere
ad hospitium, etiam ad modi-
cum tempus Regulares ignotos
sine patentibus litteris, siue ex
eadem Provincia veniant, siue ex
diuersâ, & tam proprii quam
alieni Ordinis; aliqui recipi-
entes